

Iud expressis verbis *Deuter. 24. v. 17.* ubi dicitur:
non pigneraberis vestem viduæ. Unde & Jobus
queritur, qvod loco pignoris capiant bovem vi-
duæ *c. 24. v. 3.*

§. 2.

Qvod si autem quis eripuisset viduæ pignus &
illud fateretur, debebat vel invitus illud restituere,
ut docet laudatus *Majm. l. c. §. 1.* Qvod si ne-
garet illud pignus, jurare debebat; si autem illud
pignus amissum esset vel combustum, homo fla-
gellabatur §. 1.

THESES VIII.

Viduæ non in templo ministrabant.

§. 1.

Sunt inter eruditos, qui ministrasse Hannam
viduam in templo arbitrantur; sunt etiam qui ad-
huc deterius in historiam veterem impingunt, &
viduas lavisse sacrificia existimant. Sed constans

B 3

He-